



IN MAGNIS ET VOLUISSE SAT EST.

T statim in frontispicio sermonis nostri sipharia removeamus, & *Mystacis* sive *Moracis* a nostrum ex vitiosa classe in ordinem Virtutum translocemus, quid vobis, *Lectores* & *Auditores* fauentissimi, de Nostris promittere habeatis, longâ ambage remotâ dicemus. Dicent illi pro modulo ingenii & rationetirocinii sui de *Quatuor Virtutibus*, quarum singulae in Latio, duæ priores etiam in Græciâ, literam Mille-nariam nocte sunt initialem seu capitalem & miniatulam, quæ ß dilatatur quasi & tumet, ac rerum magnitudini servit & vastitati, quæq; vocibus in Grajîs nunquam ultima conspicitur, teste γ. *Ausonio Bur-degalensi*: De *Magnificentia* inquam seu *Μεγαλοπρεπεία*, *Magnanimitate* seu *Μεγαλοψυχία*, *Modestia* & *Mansuetudine* dicturi sunt qua-tuor adolescentes

B. CHRISTIANUS & A. CASPAR ALBHARDI Fratres Dresdenses Misnici
D. CHRISTIANUS Kengel/ C. ADAM NICOLAI Budissâ Lufatus.

Patimini autem, ut bonâ Vestrâ cum veniâ atq; gratiâ more Schola-stico ex *Aristotele* &c, qui eum sequuntur, Ethicis scriptoribus has i-pfas virtutes breviter depingam, sic enim futurum est, ut & discen-tentes aliquem exinde fructum hauriant, & Vos, gratioſi Domini, eo fa-cilius de profectibus peroraturorum judicetis.

A.

§. I. Magnificentia ergo (i) accipitur pro *titula dignitatis* d, quo Magni-ficentia.

A 2

aVide *Vossii Institut. Orator.* lib. IV. cap. 2. num. 2. *Isidor. Hispalens.* lib. I *Origin.* cap. 3 1. β *Beckman. Origin.* pag. mihi 100. γ *in Teobropa pag. siue Eidyll. XII. d Itae-nim ex Cod. Theodos.* ε *Iustinian. patet, quod ε ipsi Imperatores de se ita locuti* sint, Magnificentia mea, argumento I. C. de *Veteran.* & *Prefectos Praetorio, Pre-fectos Urbis, Magistros urbisq; militia, Questores Palatii, Patricios & Consulares*